



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXXI. Ein Reuerss dess Compturs zu Nemerow, Alss Stathalterss dess Hern  
Meisterss deutschs Ordenss p. p. vnd dess Compturss zu Gardow, darinne  
sie bekennen, dass sie mit dem Closter etzlicher Sehe ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Storckow, anno domini Millefimo CCC°. XXXVI°, sabbato ante Dominicam, qua cantatur Jubilate, presentibus testibus, Videlicet domino Wedegone, plebano ibidem, Johanne et Bethekino Scultetis, Bernardo, ciuibus in eadem uilla, et aliis pluribus ad hoc specialiter uocatis et rogatis.

Dass diser brief mit seinem Rechten Original Collationiret, Auscultiret vnd demselben allenthalben gleichlautend sey, dass hezeuge Ich obgesetzter Notari Erasm. Seydell mit diser Meiner handschrift.

XXX. Ein brieff Bischoff Ludwigs zu Brandenburg u. s. w., darinne er dy Pfarre In dorff Bredereyke dem Closter Himmelpforten, Vmb mehrerfs auffnemens willen des Gottsdinfts dafelbst Incorporiert vnd Einuorleybett.

In nomine domini Amen. Nos Ludeuicus, Dei gratia Episcopus Brandenburgensis Ecclesie, omnibus presentem literam auditoris seu inspecturis salutem in domino. Licet omnibus ex officii nostri debito caritatis effectus et manus beneficentie, quantum preualemus, impendere teneamur, maxime tamen uiris religiosis, qui paupertatem uoluntariam elegerunt et diuinis obsequiis, quoad uixerint, exequendis se defouerunt, charitatis officium libentius inpendimus et liberalius exhibemus. Hinc est quod nos de unanimi consensu prepositi et capituli nostri Viris religiosis quamplurimum nobis in Christo dilectis, monachis Cenobii Celiporte, Cysterficiensis ordinis, nostre Diocesis nouelle plantationis, ut in bonis et personis ad ampliandum cultum diuinum in melius proficiant et uberius inualecant, parrochialem Ecclesiam in Bredereyke, eiusdem Dyocesis nostre, cum omnibus suis pertinentiis incorporamus, ipsis liberaliter concedentes, quod fructus ipsius in usus suos conuertere ualeant, Ita tamen, quod ei, qui dictam pro tempore rexerit, portio congrua pro sustentatione et aliis omnibus supportandis relinquatur, nostro etiam et prepositi, in cuius prepositura dicta ecclesia esse dinoscitur Jure in omnibus semper saluo. In premissorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Et nos Theodoricus, Dei gratia prepositus, et capitulum dicte Brandenburgensis Ecclesie in signum nostri consensus sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Actum et datum Brandenburgi, Anno domini M°. CCC°. XXXVII, in Craftino beate Elisabeth uirginis gloriose.

Dass dise Copei mit Irem Rechten Original Auscultiret, Collationiret vnd demselben In allem gleichlautend sey, dass bezeuge Ich Erasmus Seydell, obgenannter Notari, mit diser meiner eigen Handschrift.

XXXI. Ein Reuerfs des Compturs zu Nemerow, Als Stathalterfs des Hern Meisterfs deutschs Ordens p. p. vnd des Compturs zu Gardow, darinne sie bekennen, das sie mit dem Closter etzlicher Sehe halben zu grunde vortragen vnd das dieselben dem Closters zutendigk seien.

Nos frater Herman de Wertberge, Commendator Domus Nemerowe, gerens uices honorabilis in Christo uiri fratris Bartoldi de Hinnenberghe, magistri domorum ordinis sancti Johannis Bapstiste in Almania, scilicet Saxonia, Marchia et in Slauia, Nec non frater Henricus de Wefenbergh, commendator domus Gardowe, ac uniuersi fratres domus eiusdem

ac ordinis supradicti, Vniuersis, ad quos presentia peruenerint, Volumus esse notum, diffensionem seu altercationem, que inter nos parte ex una, ac religiosos uiros, uidelicet dominum Abbatem et conuentum monasterii Celiporte parte ex altera, de quibusdam aquis seu stagnis, hiis uocatis nominibus, scilicet Grotekelle, Lütkekelle, Lutteke Carstauel, Krummenfe, uertebatur, hoc modo esse terminatam placitis interuenientibus ac sopitam, quod predictas aquas seu stagna ad dictos dominum Abbatem ac Conuentum monasterii supradicti, prout suis priuilegiis demonstrare poterunt, presentibus libere recognoscimus pertinere et omnem impetitionem, quam contra predictas aquas aut stagna mouebamus, totaliter remittimus nullis temporibus repetendam, ac ei per presentes renunciamus penitus et expresse. In quorum omnium testimonium presentia nostris sigillis ac supradicte domus Gardowe fecimus communiri. Datum et actum in ciuitate Lychen, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVII<sup>o</sup>, in die beati Nicolai, confessoris et pontificis; Presentibus testibus idoneis, uidelicet Ottone de Deuuitz, Lippoldo dicto Bere, Alberto de Warborch, militibus, et aliis quampluribus fide dignis.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia cum suo uero originali sigillato et incorrupto per me Erasmum Seidell, supradictum Notarium publicum, et concordat cum eodem de uerbo ad uerbum, quod attestor hac mea manu propria.

XXXII. Ein vertrag Bischoffs Ludwigs zu Brandenburg zwischen der kirchen zu Brandenburg vnd dem Closter himmelforten vonwegen des Zehend In den Dorfern Storkow, Rudow, Tangerisdorff, Redelstorff, Zuzen, Sommerfelde, Brusenwalde, Rutenberge, Lyniezere, Carstauel, Lutken Thiemen vnd Garlyn u. s. w.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul cum fluxu temporis euanescent, nisi recipiant uoce testium aut scripti memoria firmamentum: Idcirco habundantis cautele suadet utilitas, ut qui uult piis muneribus seu oblationibus aut donis consequi salutem, ipsa tradere studeat memorie posterorum per scripta. Hinc est, quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, notificandum duximus presentium inspectoribus uniuersis tam presentibus quam futuris, Quod ecclesie beate Marie uirginis in Celiporta ac fratribus ibidem deo famulantibus, de pleno consensu et approbatione nostri prepositi Thyderici ac totius Capituli Brandenburgensis ad hoc specialiter, ut moris est, uocati et presentis, in remissionem nostrorum peccaminum decimas seu administracionem decimarum cum fructibus earundem Vniuersis, uidelicet de uillis eorum, que huiusmodi nominibus appellantur: Storkow, Rudou, Tangherisdorp, Redeldorpe, Zuzen, Sommeruelde, Brusenuolde, Rutenberche, Lyniezer, Karstauel, Lutkentymen, Garlyn, quas in nostra Diocesi obtinent et omnibus suis pertinentiis et appendiciis et generaliter de omnibus bonis eorum nunc atque sitis, scilicet de curiis seu allodiis sic nuncupatis: Stolp, Thyemen, siue tales curias per se excoluerint, siue aliis dederint ad colendum ad firmam, siue in uillas redigant cum molendinis, Vineis, ortis, Virgultis, pratis, pascuis, siluis, mericis, stagnis, paludibus, lacubus, piscinis, riuulis, agris cultis et incultis, insulis, animalibus et eorum nutrimentis, cum omnium predictorum pertinentiis et utilitatibus, que inde nunc emergunt aut futuris temporibus sunt emerfura, Super quibus olim inter nos et ipsos materia contentionis extitit suborta. Tandem uero hinc inde assignatis rationibus pro parte alterutra et priuilegiis Marchionum Ottonis et Johannis beate memorie, qui pro tempore fuerunt, in me-